Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale, Fragment - Cod. Karlsruhe 1444

[S.l.], [15. Jahrh.]

urn:nbn:de:bsz:31-60854

Visual Library

K 1447

auaricia: quia nō ī habundātia
cuiusq3 uita eius est. ex hiis que
possidet. dixit autē similitudi
nem ad illos dicens. Hominis
cuiusdam diuitis uberes fructus
ager attulit. et cogitabat intra
se dicens. Quod faciam quia non
habeo quo congregem fructus me
os. Et dixit hoc faciam: destruā
horrea mea et maiora faciam:
et illuc congregabo om̄ia q̄ nata s̄
michi. et bona mea: et dicam
anime mee. Anima habes multa
bona posita in annos plurimos:
requiesce comede bibe. epulare.
Dixit autē illi deus. Stulte hac
nocte repetunt aīam tuā a te.
que autem parasti cuius erunt.
Sic ē qui sibi thesaurizat: ⁊
nō est diues in deum. Dnica [illegible]
Exaudi dn̄e uocē meam qua
clamaui ad te adiutor meus
esto ne derelinquas me neq3
despicias me deus saluta
ris meus. ps. Dn̄s illuminatio mea et
salus mea quem timebo. Oratio
Deus qui diligentibus te
bona inuisibilia preparasti:
infunde cordibus nr̄is tui amo
ris affectum: ut te in omnibus
et super omnia diligentes: pro
missiones tuas que omne desideriū
superant consequantur. p. Lc

Ep̄la bti petri apostoli.
Karissimi. Omnes unanimes
in oratione estote: compatientes.
fraternitatis amatores miseri
cordes modesti. humiles non red
dentes malum pro malo. uel ma
ledictum pro maledicto. sed e con
trario benedicentes. quia in hoc
uocati estis. ut benedictionē he
reditate possideatis. Qui enim
uult uitam diligere ⁊ uidere di
es bonos: coherceat linguam suā
a malo. et labia eius ne loquantur
dolum. declinet autē a malo et fa
ciat bonū. inquirat pacem ⁊ seq̄
tur eam. quia oculi dn̄i super iustos. et
aures eius in preces eorum. uult⁹
autem dn̄i super facientes mala.
Et quis est qui uobis noceat si bo
ni emulatores fueritis. Sed et si quid
patimini propter iustitiam beati. Timo
rem autē eorum ne timueritis: ut
nō conturbemini. Dn̄m autē xp̄m
sanctificate in cordibus uestris. [illegible]
Protector nr̄ aspice deus et respice
super seruos tuos. ℣. Dn̄e deus uirtutū
exaudi preces seruorū tuorū. Alla.
In te dn̄e speraui nō confundar ī eternū
in tua iustitia libera me et eripe me ī
clina ad me aurem tuā accelera ut e[illegible]
Alla. ℣. [illegible] tunc ne
Dum turbe irruerent ī ihm
ut audirent uerbum [illegible]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et ipse stabat secus stagnum genesa-
reth. Et vidit duas naves stan-
tes secus stagnum. Piscatores
autem descenderant: et lavabant
rethia. Ascendens autem in unam
navim: que erat simonis: ro-
gavit eum a terra reducere pusil-
lum. Et sedens docebat de navicu-
la turbas: ut cessavit autem loqui:
dixit ad simonem. Duc in altum:
et laxate retia vestra in capturam. Et
respondens symon: dixit illi. Pre-
ceptor. per totam noctem labora-
tes nichil cepimus: in verbo autem
tuo laxabo rethe. Et cum hoc fecis-
sent: concluserunt piscium multitudi-
nem copiosam. Rumpebatur
autem rethe eorum. et annuerunt
sociis qui erant in alia navi: ut
venirent et adiuvarent eos.
Et venerunt: et impleverunt
ambas naviculas. ita ut mer-
gerentur. Quod cum videret symon
petrus: procidit ad genua ihesu
dicens. Exi a me: quia homo
peccator sum domine. Stupor enim
circumdederat eum. et omnes qui
cum illo erant in captura pisci-
um quam ceperant: similiter
autem iacobum. et iohannem
filios zebedei qui erant socii symo-
nis. Et ait ad symonem ihesus.
Noli timere: ex hoc iam homines

eris capiens. Et subductis ad ter-
ram navibus: relictis omnibus
secuti sunt illum. Off. Benedi-
cam dominum qui tribuit michi intellec-
tum providebam deum in conspectu
meo semper quoniam a dextris est michi ne
commovear. Secreta. Propiciare
domine supplicationibus nostris. et
has oblationes famulorum famu-
larumque tuarum benignus assu-
me. ut quod singuli obtulerunt
ad honorem nominis tui. cunctis
proficiat ad salutem. Co. Unam
petii a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini omni-
bus diebus vite mee. Post co. Quos
celesti domine dono satiasti. pre-
sta quesumus: ut a nostris mundemur oc-
cultis: et ab hostium liberemur in-
sidiis. Po. Feria iiii. Ad timo[illegible]
Karissime: Obsecro primum omni-
um fieri obsecrationes.
orationes. postulationes. gra-
tiarum actiones pro omnibus ho-
minibus. pro regibus. et omnibus
qui in sublimitate sunt: ut qui-
etam et tranquillam vitam a-
gamus in omni pietate et ca-
stitate. Hoc enim bonum est et
acceptum coram salvatore nostro
deo: qui omnes homines vult
salvos fieri. et ad agnitionem
veritatis venire. Unus enim

[...] nutuum dare nichil in[de]
[spe]rantes. Et erit merces vestra
multa in celis. [Offertorium]

In voluntate tua domine uni-
versa sunt posita et non est
qui possit resistere voluntati
tue tu enim fecisti omnia ce-
lum et terram et universa que celi am-
bitu continentur dominus universorum
tu es. [Communio] Beati immaculati in via qui
ambulant in lege domini. [Oratio]

Familiam tuam quesumus domine
continua pietate custodi
ut a cunctis adversitatibus te
protegente sit libera. et in bonis ac-
tibus tuo nomini sit devota. Per.

Fratres: [Ad ephesios]
Confortamini in domino
et in potentia virtutis eius.
Induite vos armaturam dei ut
possitis stare adversus insidias
diaboli. quoniam non est nobis col-
luctatio adversus carnem et sangui-
nem. sed adversus principes
et potestates. adversus mun-
di rectores tenebrarum harum.
contra spiritualia nequitie in
celestibus. Propterea accipite ar-
maturam dei ut possitis resi-
stere in die malo: et in omni-
bus perfecti stare. State ergo
succincti lumbos vestros in verita-
te: et induti loricam iustitie et

calciati pedes in preparatione evan-
gelii. pacis in omnibus sumen-
tes scutum fidei in quo pos-
sitis omnia tela nequissimi
ignea extinguere. Et galeam sa-
lutis assumite et gladium spiritus.
quod est verbum dei. [Graduale] Domine
refugium factus es nobis a generatione
et progenie. V. Priusquam montes fierent
aut formaretur terra et orbis a seculo
et in seculum tu es deus. Alleluia. V.
De profundis clamavi ad te domine
domine exaudi vocem meam. [Secundum]
In illo tempore. Erat quidam [Johannem]
regulus cuius filius infirmaba-
tur capharnaum. Hic cum au-
disset quia ihesus veniret a iudea
in galileam: abiit ad eum. et
rogabat eum ut descenderet et
sanaret filium eius. Incipie-
bat enim mori. Dixit ergo ihesus
ad eum. nisi signa et prodigia
videritis non creditis. Dicit
ad eum regulus. Domine descende
priusquam moriatur filius meus.
Dicit ei ihesus. vade filius tuus
vivit. Credidit homo sermoni
quem dixit ei ihesus et ibat.
Iam autem eo descendente servi
occurrerunt ei et nunciaverunt
dicentes. quia filius eius
viveret. Interrogabat ergo ho-
ram ab eis in qua melius

habuerit. Et dixerunt ei.
Quia heri quasi hora septima
reliquit eum febris. Cognovit
ergo pater quia illa hora erat:
in qua dixit ei ihesus filius tuus
vivit: et credidit ipse et domus
eius tota. [illegible] Vir erat in terra
nomine iob simplex et rectus ac timens
deum. quem sathan petiit ut temp-
taret et data est ei a domino in facultate et
in carne eius potestate perdiditque omnem substan-
tiam ipsius et filios carne quoque
eius gravi ulcere vulneravit. [illegible]
Suscipe domine propitius hosti-
as quibus et te placari volui-
sti. et nobis salutem potenti
pietate restitui. P[illegible] In
salutari tuo anima mea. et in verbum
tuum speravi quando facies de persequenti-
bus me iudicium iniqui persecuti sunt
me adiuva me domine deus meus. [illegible]
Immortalitatis alimoniam
consecuti quesumus domine: ut quod ore
percepimus. mente sectemur.
Per d. Feria iiii. Ad thimotheum.
Fratres: Nichil intu-
limus in hunc mundum:
haut dubium quia nec auferre
quid possumus. Habentes autem
alimenta et quibus tegamur:
his contenti simus. Nam qui
volunt divites fieri: incidunt
in temptationem et in laqueum

dyaboli. et desideria m[ulta]
inutilia et nociva: que mergu[nt]
homines in interitum et perdicionem.
Radix enim omnium malorum
est cupiditas. Quam quidem
appetentes erraverunt a fide:
et inseruerunt se doloribus mul-
tis. Tu autem homo dei hec fu-
ge: sectare vero iusticiam. pie-
tatem. fidem. caritatem. paci-
enciam. mansuetudinem. Cer-
ta bonum certamen fidei: appre-
hende vitam eternam in qua vocatus
es: et confessus bonam confessio-
nem coram multis testibus.
Precipio tibi coram deo qui
vivificat omnia: et christo ihesu
qui testimonium reddidit
sub poncio pylato bonam con-
fessionem: ut serves mandatum
sine macula irreprehensibile:
usque in adventum domini nostri
ihesu christi. [illegible]
In illo tempore. Factum est cum in-
traret ihesus in synagogam et
doceret: et erat ibi homo et ma-
nus eius dextra erat arida.
Et observabant scribe et pharisei:
si sabbato curaret. ut in-
venirent et accusarent eum.
Ipse vero sciens cogitationes
eorum: ait homini qui habebat
manum aridam. Surge et sta